



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Comes additur ei Theodoricus Amsterodamensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*In Poloniam
à Pontifice
missus.*

*Comes addi-
tur ei Theo-
doricus Ani-
sterdamen-
sis.*

*Canisius beati
Ignatij exer-
citia plurimi
facit.*

Apparabatur in Polonia Regni conciliū Petricouix, in quo & causa religionis tractand ferebatur. Ad id Concilij Cardinalem Pisanum destinare Pontifex cogitabat, sed interim Nuntium premisit Camillum Mentuatum patria Placentinum Satriani Episcopum, eiq; duos è Societate Theologos, & Canisium nominatim adiunxit. Ipsi comes additus à Lainio Theodoricus Gerardus Amsterodamensis, quem in florentissimum Romani Collegij iuuentute, siue pietate, siue ingenio, siue doctrina, siue quibusuis aliis humanis, diuinisq; ornamentis, consentiens omnium opinio ferebat principem. Itaq; summo in amore omnibus, summa in expectatione erat; pauloque ante insignibus Theologi Doctoris acceptum nunc primum in lucem, solemq; prodibat. Cum hoc tanto comite profectus ab Vrbe Canisius, citinere Prouinciam suam reuifit. In Collegio primum Ingolstadiano secunda omnia reperit. Bregiè, quod caput est, procedebat domi pietat cuius instaurandæ gratia, & multi ante eius aduentum ad exercitia spiritus recesserāt, & postea ceteri, per vices recessere. Hoc enim optabat ille, & quoad consequi poterat, efficiebat, vt semper domi